



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

58. An Ordinatus per saltum incurrat ipso facto suspensionem? Et quamvis promotus per saltum sit impeditus ad superiores Ordines suscipiendos, an hoc impedimentum sit irregularitas; & si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

3. Notandum est etiam hic obiter contra Venerum in Exam. Episc. lib. 1. cap. 18. n. 13. Majolum de Irreg. lib. 4. cap. 11. num. 1. Menochium cas. 564. de arbit. n. 8. & alios, quod Ordines minores cum Subdiaconatu poterit Episcopus simul conferre, ubi vigeret de hoc consuetudo ante Concil. Trid. Ita Villalobos tom. 1. in 1. diff. 12. an. 3. Hieron. Rodriguez in compen. 99. reg. ref. 106. n. 21. Alzedus in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. n. 24. Gutierrez in 99. Can. lib. 1. cap. 26. n. 31. & 32. Valac. in allegat. 4. num. 2. & alii.

RESOL. LVII.

Quidam relictis Ordinibus minoribus Subdiaconatu recepit, quaritur, an suspensionem incurrit, & inhabilitatem ad alios suscipiendos, & irregularitatem, si ministrat in Ordine suscepto? Ex p. 5. tr. 10. Ref. 47.

§. 1. Videtur respondendum quoddam sic, ut ego alibi probavi; nam penas impositas illis, qui ordinantur per saltum, dicunt Doctores, esse suspensionem ad non exercendum Ordinem susceptum, & inhabilitatem ad alios suscipiendos, & irregularitatem, si ministrant in Ordine suscepto: ergo talis in prædictas penas incurritur dicendum est.

2. Sed contrarium probabiliter sustineri potest. Favet huic dicto Navarrus consil. 18. de sentent. excom. a. num. 11. usque ad 15. ubi ait, quod recipiens Ordines minores existens excommunicatus, non incurrit irregularitatem ad alios recipiendos. Quod probat primo, quia iura loquuntur de male promotis, quæ ibi citat, loquuntur solum de male promotis ad Ordines sacros, non verò de male promotis ad Ordines minores. Secundo, quia minus peccant isti, quam illi. Tertiò, quia iuxta opinionem multorum satis probabilem, quos ibi citat, Ordines minores non sunt sacramenta, sed sacramentalia, & proinde non est eadem ratio puniendi promotos per saltum in Ordinibus minoribus, ac in majoribus. Quarto, quia Bulla Pii II. puniens ordinatos ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel sine licentia dimissoris, non punit sic ordinatos in minoribus, sed in majoribus Ordinibus. Quod ipsum ego colligo ex duobus textibus loquentibus de promotis per saltum. Primus est in cap. sollicitudo, dist. 5. 2. qui solum loquitur de illo, qui suscepit Ordinem Diaconi & Presbyteri, omisso Ordine Subdiaconi. Secundus textus est in cap. unico, de Clerico promotus per saltum, qui solum loquitur de Subdiacono, qui omisso Ordine Diaconi recepit Ordinem Sacerdotis, & nullus ex his loquitur de saltu in Ordinibus minoribus; unde videtur, quod accipere majores, omisso minoribus, non sit propriè ordinari per saltum, maxime quia penæ sunt restringendæ, idque præcipue quando militat diversa ratio, ut hic militat, juxta Navarrum, quia scilicet Ordines minores non sunt sacramenta, & circa illorum omissionem committitur minus peccatum. Semper tamen dico hunc peccasse gravissimè, & teneri ad suscipiendos Ordines minores. Hæc Pottel in respons. part. 3. cas. 41. quest. 2. num. 3.

RESOL. LVIII.

An Ordinatus per saltum incurrat ipso facto suspensionem?

Et quomodo promotus per saltum sit impediens ad suscipiendos Ordines suscipiendos, an hoc impedimentum sit irregularitas, & si irregularitas sit, an illam Confessarius approbatus possit per Bullam dispensare?

Et an cum promotus per saltum possit Episcopus dispensare, ut præmissum Ordinem suscipiat, & in Ordine ministrare?

Tom. V.

le suscepto ministrare, & ad superiores ascendere? Et an Episcopus possit dispensare etiam post administrationem in male suscepto Ordine, si administratio fuit ex ignorantia? Et tandem quaritur, an hæc suspensio tolli possit per Bullam Cruciatam? Ex part. 5. tract. 10. Ref. 47.

§. 1. Esse talem suspensionem ipso jure ab Ordinis suscepti administratione, tradit Hostiensis & Panormitanus in cap. un. de Cler. per saltum promotus. Cornejo in 3. part. tract. 5. de suspens. disp. 4. cas. 4. Navarrus cap. 27. n. 242. ver. sexto. Martinus de Ledesma 2. 4. quest. 26. art. 2. de irregul. pag. 366. Sotus in 4. distinct. 25. quest. 1. art. 4. post conclus. 4. §. Tertius. Sebast. Medices part. 2. tit. 9. quest. 35. ver. 7. Vivald. de suspens. num. 48. Summa Corona tract. de irregularit. num. 19. ver. Tertio. Philarchus de offic. Sacerd. lib. 4. c. 12. n. 5. Zerola in praxi Episcop. part. 1. ver. dimissoria §. 3. & 4. Majolus lib. 4. c. 12. num. 1. Sayrus in thesaur. lib. 7. c. 10. num. 39. Henriquez lib. 6. de irregul. cap. 13. n. 5. & lib. 14. c. 6. num. 3. Toletus lib. 1. summe cap. 50. num. 17. Valentia tom. 4. disp. 7. quest. 19. punct. 3. §. 5. Suarez de cens. disp. 31. sect. 1. dub. 2. concl. 2. Probatur hæc opinio ex cap. sollicitudo, dist. 5. 2. ex cap. un. ubi supra, & ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 14. de reformat.

2. Non desinam tamen hic adnotare cum Acugna in Decreto Gratiani, part. 1. distinct. 5. c. 1. num. 9. contrariam sententiam esse probabilem, scilicet talem non esse ipso jure suspensionem ab Ordine male sumpto, sed suspendendum; tenent hic Archidiaconus Geminianus Prapoli. & Turrecrem. Innocent. in cap. si celebrat. de Cleric. excommunic. ministr. Angel. ver. Irregularitas, num. 36. Tabiena ver. Irregularitas §. 4. 2. concl. 5. Armilla ver. Irregularitas num. 68. Fundatur, quia ex nullo textu talis suspensio ipso jure colligitur ut bene expendit Suarez d. disp. 31. sect. 1. n. 4. licet ipse affirmativam sententiam teneat.

3. Notandum secundo, quod licet promotus per saltum sit impeditus ad superiores Ordines suscipiendos, hoc impedimentum non est irregularitas. Ita ego * alibi, & expressè Avila de cens. part. 7. disputat. 9. sect. 1. dub. 2. concl. 1. & si irregularitas esset, illam secundum Ludovicum à San Juan in sum. de Sacrament. Ordin. q. 2. art. 5. dub. 1. diff. 6. concl. 3. posset Confessarius approbatus per Cruciatam dispensare.

4. Notandum tertio contra Zerolam in praxi part. 2. ver. Irregularitas, dub. 3. quod cum sic promotus per saltum potest Episcopus dispensare, ut prætermissum Ordinem suscipiat, & ut in Ordine male suscepto ministrare, & ad superiores ascendat, quamvis delictum sit publicum, dammodo talis in male suscepto Ordine, vel in prætermissum non ministraverit ante dispensationem: quia tunc jam sit irregularis. Et ita docet Majolus lib. 4. de irreg. cap. 12. n. 2. Navarrus in Mag. cap. 25. n. 71. Emanuel Rodriguez 2. p. summe cap. 17. num. 9. Sayrus lib. 5. cap. 14. num. 26. & 29. Henriquez lib. 14. cap. 6. num. 3. Suarez de cens. disputat. 31. sect. 1. numer. 51. Avila de cens. part. 7. disputat. 9. sect. 1. dub. 2. §. Sequitur Secundo. Fundamentum est, quia Tridentinum ita concessit cum hac limitatione Episcopis sess. 23. de reformat. cap. 14. Ampliat hanc doctrinam Navarrus, ut possit Episcopus dispensare etiam post administrationem in male suscepto, si administratio fuit ex ignorantia, cum quo sentit Toletus in sum. lib. 1. cap. 50. num. 17. citans pro se Panormitanum & gloss. hic & c. pastoralis, de Sacram. non iteran. Sed dicendum nunquam Episcopum dispensare posse, ubi talis fuit administratio, quæ irregularitatem induxerit, ita Doctores pro conclusione citati & specialiter Suarez num. 52. Tolet. ubi proxime num. 18. quamvis dicat probabile esse posse Episcopum cum administrante scienter in

R. 2 Ordine

* Alibi in tom. 4. tr. 3. Ref. 130. &c. & lege §. not. leg. hujus Ref.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. Ref. 131. §. Idem, &c. & hoc lege Ref. not. i. post seq.

Sup. hoc in Ref. seq. cursum ad l. 3.

Sup. hoc in fra in Ref. 60. & lege §. not. i. hujus not.

Sup. hoc ibi-
deq. §. ult.
Ordine male suscepto dispensare, procul sequun-
tur Geminianus, & Prapostus hic, & Hostiensis,
& hanc sententiam docet etiam Riccius *part. 4. de-
cis. 108. num. 3.* Et tandem notandum quartò hanc
suspensionem tolli per Bullam Cruc. ita Granadus
in 3. *part. tract. 5. de suspens. disputatione 4. cas. 4.
quest. 2.*

RESOL. LIX.

An Ordinatus per saltum sit suspensus ab Ordinibus,
quos legitime suscepit?

Et an administrando in Ordine, quem per saltum susce-
pit, efficiatur irregularis? Ex p. 5. tract. 10. Ref. 28.

Sup. hac mi-
nistratio-
ne in Ref. præ-
terita, §. ult.
ad lin. 7.
§. 1. R Espondeo ordinatum per saltum esse suspen-
sum tantum ab Ordine, quem per saltum
suscepit, & ita ministrando effici irregularem, non
autem ab usu Ordinum inferiorum, quos legitime
susceperat, tenent Henriquez in *summ. lib. 14. cap. 6.
§. 3.* Aloysius Riccius in *praxi rerum fori Eccles. de-
cis. 318. in 1. edit. aliàs resol. 276. n. 2. in 2. editione, & in
in decisione Curæ Arch. Neapolit. part. 4. decis. 150.
num. 8.* Mar. Alter. *de cap. 5. ver. hac supposita.* Bonacina
de *suspens. in particulari, disp. 3. §. 1. punct. 2. n. 10.*
Avila de *cons. part. 7. disp. 9. sect. 5. dub. 2. conclus. 2.*
Suar. de *cons. disp. 31. sect. 1. num. 42.* unde non est au-
diendus Navarrus *cap. 27. n. 242.* & Majolus de *irre-
gular. lib. 4. cap. 12.* contrarium docentes.

RESOL. LX.

An qui ministrat in Ordinibus per saltum susceptis, indi-
geat Apostolica dispensatione, vel sufficiat Episcopalis?
Et an hoc etiam procedat non solum in majoribus, sed
etiam in minoribus Ordinibus?

Et an Episcopus possit dispensare cum ministrante pu-
blice, & scienter in male suscepto Ordine, ut præter-
missum suscipiat, & in male suscepto ministret? Ex
p. 5. tr. 9. Refol. 29.

Sup. hoc sup.
in Ref. 58. §.
ult. post
med. à vers.
Sed dicen-
dum, & lege
etiam Ref.
& §. not. i.
dicti §. ult.
§. 1. A Postolica indigere dispensatione docet Sua-
rez de *cons. disp. 31. sect. 1. num. 52.* ubi ne-
gat Episcopum posse dispensare cum ministrante in
male suscepto Ordine, ut in ipso post susceptum
prætermisum ministret, & huic sententiæ ego adhæ-
reo, & idem docet Barboza de *potestate Episc. part. 2.
alleg. 47. num. 10.* Majolus de *irregular. lib. 4. cap. 12. n. 2.*
Salzedus ad *Bernard. cap. 24. lit. D.* Sayrus de *cons. disp.
lib. 4. cap. 14. num. 26.* Alter. *d. cap. 5. ver. hoc in loco.*
Filliucius *tom. 1. tract. 17. cap. 5. num. 92.* Riccius in *de-
cis. Cur. Archiepisc. Neapolit. decis. 150. num. 5. punct. 4.*
Homobonus de *examine Eccles. tract. 12. cap. 13. §. 15.*
resol. 5. Bonacina de *suspens. in part. disp. 3. quasi. 1.
punct. 2. n. 12.* & hanc sententiam procedere non so-
lum in majoribus, sed etiam in minoribus Ordini-
bus, ex sacra Congregatione docet Riccius *part. 4.
decis. 198. num. 4.* & Campanili in *divers. jur. Can.
rub. 10. capite un. num. 6.*

Sup. contem-
to in hoc §.
cursum in §.
& vers. Ref.
annot. 1. hu-
jus Ref.
§. 2. Verum non desinam hic adnotare doctum
Acugnam contrarium docere in *Decretum Gratiani,
part. 1. dist. 52. cap. 1. num. 13.* ubi sic ait: Dico sextò,
Episcopus potest dispensare cum ministrante publice
& scienter ante dispensationem in male suscepto Or-
dine, ut prætermisum suscipiat, & in male suscepto
ministret. Fundamentum est, quia Episcopus solum
non potest dispensare cum male promotò ministrante
in taliter suscepto Ordine, ut ad Superiores possit
ascendere, cum id tantum ipsi prohibeat Trid. *dist.
sess. 25. c. 14. de reform.* Ita Acugna.

RESOL. LXI.

An qui durante matrimonio ignoranter suscepit Ordinem,
incurrat suspensionem?

Et aliqua alia docentur circa præsentem questionem, pro-
durante, & soluto matrimonio. Ex p. 5. tr. 10. Ref. 59.

§. 1. R Espondeo quod suspensio incurritur ab eo
qui durante matrimonio etiam non con-
summato præsumit suscipere sacros Ordines extra
casus à jure concessos. Ita *Extravag. antiquæ, Ioan-
nis X XI. de voto.*

2. Notandum est ad hanc censuram incurrendam
requiri præsumptionem; unde qui solum ex igo-
rantia procedit, licet crassa, vel supina, non suspendi-
tur, & soluto matrimonio potest in Ordinibus mini-
strare, si nullum aliud intercedat impedimentum, &
multo magis si bona fide processerit: durante tamen
matrimonio non potest: si præsumpserit Ordinem sus-
cipere, non potest in eo ministrare etiam soluto mati-
monio, nec potest ad alium ascendere, vel promoveri
ad officium, vel beneficium Ecclesiasticum, & nisi
taliter profiteatur in Religione approbata, solus Pon-
tifex potest eum absolvere, ut *Extravag. cit.* Si pro-
fiteatur, potest Diocesanus dispensare, ut ibidem ha-
beatur. Et hæc omnia docet Prapost. in 3. *p. quasi. 3. de
suspens. dub. 5. num. 40.* Vnde ego olim sine aliqua dis-
pensatione celebrare feci post mortem uxoris quem-
dam sic ordinatum, qui bona fide Ordinem susce-
perat, credens conjugem esse mortuum.

RESOL. LXII.

An Sacerdos assistens matrimonio clandestino incurrat
post Concilium Tridentinum suspensionem triennia-
lem, de qua in cap. ult. §. final. de clandest. des-
ponat.

Et an suspensus ab officio, quia interfuit matrimonio
clandestino, non sit suspensus à beneficio?

Et notatur, quod vigore Concilii sess. 14. cap. 1. de ma-
trim. qui ausus fuerit matrimonialiter conjungere, aut
benedicere alienos Parochianos, absque licentia pro-
pria Parochi, ipso jure suspensus manet.

Et an in hoc casu cesset pena excommunicationis contra
Religiosos matrimonia solemnizantes, secundum De-
clarationem Cardinalium? Ex p. 5. tract. 10. Ref. 59.

§. 1. P Oenam suspensionis triennialis ab officio, non Sacerdos
tamen ipso facto impositam in d. cap. Parochi, in hoc d.
vel alii Sacerdoti assistenti matrimonio clandestino
sine aliis testibus non esse sublatam per Concilium Tri-
dentini decretum *sess. 24. cap. 1. de matrimonio;* sed à hoc
præterea licere Episcopis in illos alia pena arbit-
raria animadvertere tradunt Coninch de *Sacram.
disp. 27. dub. 10. num. 84.* Alterius de *cons. sem. 2. disp. 11. Sacerdos
cap. 5. Barboza de potestate Episc. part. 2. allegat. 32. n. 162.*
Majolus de *irregular. lib. 3. cap. 23. num. 16.* Ledesma
in *summ. tom. 1. de Sacram. matrim. cap. 6. conclus. 4.
dub. 16.* & alii.

2. Verum Sanchez *tom. 1. lib. 3. disp. 48. num. 4.* Sup. hoc
contrariam sententiam docet, cui ego libenter adhæ-
reo cum Hurtado de *matrim. disp. 5. diff. 17. n. 15.* & res-
asserente dictam suspensionem triennem cessasse, citando
quia rationi conforme est, ut quando lege nova im-
ponitur mitior pena, quam erat imposita lege anti-
quiori, cesset antiqua, præsertim quando tempore Rei-
gis novæ delictum sit factum minus periculosum Rei-
publicæ Ergo per penam arbitratam impositam no-
va lege Triid. cessat antiqua suspensionis triennalis,
quia